



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

Liber Primus. [De Sacerdotis potestate, & iurisdictione, ac censuris.]

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

3

SVMMAE
Cardinalis Toleti.
COMPENDIVM

Ad cōmodiorem vsum tum Con-
fessariortum, tum Pœniten-
tium selectum.

R. P. D. Genesio Minucio Flo-
rentino à Rada Ordinis Val-
lisumbrosæ Auctore!

LIBER PRIMVS.

*De Sacerdotis potestate, & iu-
risdictione, ac censuris.*

quid Sacerdos, & quare sic dictus.
Cap. I.

Sacerdos est VIR* Caltui ve-
sti Dei, diuina auctoritate,
determinatis personis con-

cessa firmiter deputatus. Dicitur Vir. Nā fœminæ diuino iure à Sacerdotii munere exploduntur. Cultui: Est autem hic cultus. Reuerentia Deo debita, quæ illi in altaris sacrificio, vt vero domino: in laudibus, vt omnium optimo; in Sacramentorum administratione, vt omnium salutis auctori, meritò tribuitur.* Veri Dei: vt ethnicorum Sacerdotes excludantur, falsis Diis inservientes.* Diuina auctoritate, quia nec vllus se, nec respublica quemquam propria auctoritate sacerdotem creare potest, sed hoc Deo soli debetur.* Determinatis personis: ad excludendam communitatem.* Firmiter, quia noui Testamenti Sacerdotium non est ad breue tempus, sed per characteris impressionem perpetuò duraturum. Sacerdos autem est dictus, quasi sacradans. Clericus, id est sorte electus. Presbyter, id est, senjor, ob iudi-

ci maturitatem, & reuerentiam
quæ ei debetur.

*In quibus differat Sacerdos euan-
gelicus à cæteris.*

Cap. II.

ET si in quolibet statu, naturæ,
Legis, & Gratia, Sacerdotes
D E O semper ministerium
exhibuerunt, ij tamen noui Te-
stamenti sex à priscis distant, qui-
bus & præstant. * Primò, quia
nostri diuina creantur potestate.
* Secundò. In sua institutione
gratiam gratum facientem &
indelebilem characterem reci-
piunt.

* Tertio Panem & vinum in
verum corpus, & Christi sangui-
nem conuertunt. * Quarto, Dif-
ferunt sacrificio, nam illi anima-
lia, isti sub speciebus panis & vi-
ni Dei filium offerunt. * Quinto,

Compendium

mirabili à peccatis absoluendi fulgent potestate.* Sexto. Perpetuae continentiae voto tenentur. Quibus omnibus Christo primo Sacerdoti efficiuntur similiores, qui puritate, sanctitate, & excellentia enituit maxima.

*De gemina sacerdotis potestate,
& duplici Classe.
Cap. III.*

IN Sacerdote Euangelico duplex potestas reperitur, Ordinis, & iurisdictionis.* Prima ad verum Christi corpus conficiendum altera ad mysticum ordinatur, scil. ad regimen & fidelium utilitatem. Illa est in quolibet Sacerdote, hæc in primo duntaxat, in aliis enim non nisi quatenus à primo sūt delegati reperitur. Potestas à peccatis absoluendi est ordinis, quia tamen ad eius usum est

necessaria iurisdictione, appellatur etiam potestas iurisdictionis. Est vero illa vna Clavis Ecclesie quæ dicitur Clavis iurisdictionis, præterquam est & alia quæ appellatur Clavis scientiæ, ad examinandum & interrogandum pœnitentem.

Quid excommunicatio sit.

Cap. IIII.

EXcōmunicatio est * ecclesiastica cēsura, qua homo Christianus communibus fideiū bonis priuatur. Dicitur * Ecclesiastica censura, quia est pœna, correctionis causa, Ecclesiastica, non laicali auctoritate instituta. * Homo Christianus: non baptizatus enim hāc pœnā minimè incurrit. Priuatur tribus cōmunibus fideiū bonis: exteriori videlicet cōuersatione, sacramētorū participatione,

Ecclesiæ orationibus, & suffragiis, cæteris non priuatur, nempe fide interiori, gratiæ & charitatis communione, atque particularium amicorum orationibus. Immo si contritus absolutionem obtinere studuerit, ea etiam non habita, communibus Ecclesiæ suffragiis iuuabitur. Hinc sequitur excommunicationem esse malû pœnæ pro culpa inflictum, peccato veniali de se leuius ratione tamen causæ qua fertur, & effectus qui inde sequuntur, grauius.

De speciebus excommunicationis.

Cap. V.

Bipartitur excōmunicatio in maiorem, & minorem. * Maior tribus priuat antedictis bonis; * Minor verò tantum sacramentorû participatione Vtraque duplex, à iure, & ab homine, à iure dicitur, quæ per aliqué canonem

fulminatur, vt contra clericorum percussores: AB HOMINE dicitur quæ ab aliquo iudice fertur. Hæc rursus subdividi solent in comminatoriam, quæ non statim ligat, sed iudicis sententiam expectat: & lata sententiæ, quæ statim ligat. Dignoscitur hæc ab illa, quia si dicatur sub pœna excommunicationis, aut excommunicetur; vel per aliud verbum futuri temporis, est comminatoria: si vero dicatur per verbum præteriti, sit ipso iure excommunicatus, vel ipso facto, est lata sententiæ. Differunt à iure, & ab homine, quia illa est semper generalis, hæc interdum particularis. Excommunicatio iuris viget etiam mortuo conditore quæ autem ab homine est, statim perit eo mortuo, sic vt neminem amplius ligare possit: non tamen ita vt qui ea iam ligati erant censeantur absoluti. Ab excommunicatione iuris nulli reseruata ab-

soluit Episcopus, non autem ab illa, quæ est ab homine. Illa ligat omnes contrarium agentes in ditione legislatoris, quamvis tēpore legis datæ subditi non essent: Ista autem ab homine, ligat tantum subditos in iurisdictione iudicis commorantes dum fertur excommunicationis sententia. Demum inducta excommunicatio per statutum Metropolitanæ Archiepiscopi: ligat etiam subditos suffraganeorū: lata verò per ipsiusmet Archiepiscopi sententiã, cōprehendit tantū ipsius Diocesis subditos.

*De causa efficienti, & materiali
excommunicationis.*

Cap. 6. 7. & 8.

Fœmina & laicus sine Pape
commissione excommunicare
nō possunt, nec sacerdos, nec
simplex curatus, nec qui excom-
municati sunt in maiori: sed

tan:um personæ Ecclesiasticæ iurisdictione in foro exteriori non impeditam habentes, vt Papa, Concil. generale, Concil. prouinciale, Episcopus. Generales ord. Abbates. Priores Prouinciales, Guardiani : ac denique omnes iurisdictionem Ecclesiasticam in foro exteriori habentes. Causa materialis est duplex, remota, & proxima : remota est persona, quæ excommunicari potest, & est rationalis creatura baptizata, viua, inferior, & subdita Republica, vel tota ciuitas non potest excommunicari per sententiam, nisi in particulari singuli peccati consciï distinguantur. Nemo autem infidelem, vel seipsum, aut non subditum, seu mortuum excommunicat, sed excommunicatio in vita contracta, & non soluta, durat etiam post mortem, & post mortem absolui potest excommunicatus. Causa materialis pro-

xima est peccatum mortale consummatum, contumacię coniunctum, quod intelligitur etiam, quando fulminatur in futurum peccatum ex inobedientia, quia omnis inobediens, præsumitur contumax. Ignorantia inuincibilis excusat, nec vlla excommunicationis iuris comprehendit mandantes, consulentes, fauorem, vel auxilium præstantes, nisi exprimat, sed solum facientes, & quando illi exprimentur, non incurrant, nisi sequatur effectus.

De causa formali, & finali excommunicationis, & de sententia, iusta, & iniusta, valida, & inualida. Cap. 9. & 10.

IN iure non assignatur aliqua excommunicationis forma determinata, sed possumus uti huiusmodi verbis excommunico, sepa-

ro, anathematizo, &c. in ea vero excommunicatione, quæ ab homine fertur, nonnullæ circumstantiæ sunt necessariae. * Prima, quod præcedat trina admonitio, aut saltem vna pro tribus, datis tribus interuallis duorum dierum pro singulis. Quando verò est casus quispiam à iure sub excommunicationis pœna vetitus, potest quis ab homine sine vlla admonitione propter idem delictum excommunicari. * Secundo necesse est, vt feratur non solum iudicis verbo, sed etiam scripto, quo excommunicationis causa exprimatur. * Tertio, requiritur iudicis intentio, & partis. * Quarto expressio causæ rationabilis, & manifestæ. * Iusta & valida est excommunicationis sententia, cù circumstantias omnes habet essentialiter requisitas. * Inualida, si errorem contineat intolerabilem, vel aliquid impossibile,

aut leue nimis, quale est peccatū veniale. * Iniusta est sed valida, quando caret aliquibus nō essentialiter requisitis, vt si non præcedant omnes admonitiones, vel non fiant in scriptis, si odio, vel iniqua feratur intentione: si autē iudex erat publicè suspensus, vel excommunicatus aut nullam habebat iurisdictionem, vel reus tēpore debito appellauit, iniusta, & inualida pariter erit. * Causa finalis est vtilitas & proximi fructus, nēpe vt resipiscat, & ad bonum conuertatur.

De effectibus maioris excommunicationis.

Cap. 11. 12. & 13.

Priuat excommunicatio maior publicis Ecclesiæ orationibus, Missa, & suffragiis: actiua, & passiuā sacramentorum

Participatione, & externis his bonis, quæ hoc versu continentur.

Os orare, vale, communio, mensa negatur.

Habet tamen hæc lex duas exceptiones: vnam quæ hoc versu continetur.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Alteram inductam per Martinum v. & Conc. Const. vt solum veteretur illa communicatio quando excommunicati sunt notorii Clericorum percussores. vel nominatim excommunicati postquam denunciati fuerint, & hæc quo ad communicantes, nam ipsi excommunicati in vniuersali peccant non se separando ab aliorum cõuersatione in casibus expositis. Sunt & alii excommunicationis effectus magis proprii: * Primo namque participans cum excommunicato in crimine criminoso:

consilium, fauorē, vel auxiliū præstans incurrit eandē excommunicationis sententiam.* Secundò. Collatio beneficii facta excommunicato est ipso iure nulla.* Tertio excommunicatus non potest exercere iurisdictionis actum absque peccato neque actum ordinis, vnde nec potest eligi ad beneficiū, illius subditi absoluuntur à vinculo fidelitatis, ipse priuatur actu iuridico accusandi, testificandi, patrocinandi, Ecclesiastica sepultura, & beneficiis priuari potest, si per annum fuit excommunicatione ligatus, estque de hæresi suspectus. vnde & ab Inquisitoribus in iudicium vocari potest, ac beneficiorum fructus percipere prohibetur, & qui Iuramento illi erant obstricti eo liberantur durante excommunicatione.

De excommunicationis absolutione.

Cap.

Cap. 14. 15. & 16.

Pluribus excommunicationibus detentus, pluribus indiget absolutionibus. Absolutio autem duplex est, in foro exteriori, & in foro interiori vel conscientie. *Prima potest dari etiam à non sacerdote * secunda ad sacerdotem tantum spectat, sed debet esse sine conditione futuri, & tunc tantum danda quando excommunicatus est satisfacere paratus. Forma absolutionis non est certa, ideo illis verbis sufficit uti, quibus absolutionis exprimaturs actus. In absolutione solemni primo iurare cogunt absoluendum Ecclesie & absolventis præceptis parituros. de hinc cum psal. & oratione dominica verberibus etiam additis, poenitentem absoluit dicentes, Absoluo te à vinculo excommunicationis quod incurristi, & restituo te sacramentis Ecclesie, ultra enim aliquid addere, haud est necesse.

Absolutio iniusta, valet, nō tamen per vim, & metum extorta, etiam si iusta esset causa: quando vero causa est expresse falsa, absolutio est nulla, nisi vt sic etiam iudex intenderet absolvere. In mortis articulo etiam simplices sacerdotes, & à peccatis, & à censuris reseruatis absoluant. Concil. Trid. Sess. 14. cap. 7. At cum primū pœnitens euaserit periculum, & cōmodè potuerit, debet se ei præsentrare, qui verè ac iurè poterat, eum absolvere. Qui autem morte præuentus absolui potuit, si ante ostendit contritionis signa, & absolutionem petit, etiam mortuus absolui poterit, & in sacro sepeliri, etiam si fuisset hæreticus. Extra mortis articulum simplex sacerdos absolvere non potest à maiori excommunicatione sine priuilegio, nec similiter ille qui habet iurisdictionē impedītā laicus vero ne quidem in eo articulo. Ab excommunicatione

reservata ille solus & omnis (præterquam in certis quibusdem casibus) absolvere potest, qui eam sibi reservavit, à non reservata verò etiam à Papa lata, absolvere potest ordinarius, & proprius confessorius habens à mortalibus absolvendi potestatem: qui licet iurisdictionem non habeat, absolvere videtur ex Papæ commissione. Extra proprium territorium, nec ordinarius excommunicare, vel absolvere potest etiam subditum sine licentia diæcesani saltem ubi est necessaria cognitio causæ cum strepitu forensi, nam secus potest.

De minori excommunicatione.

Capit. 17.

Minor excōmunicatio privat tantū sacramentorum passivaparticipatione, quare minori excōmunicacione detēti, si sacramēta sumant, mortaliter peccāt: nō tamen fiunt irregulares

nec peccant saltem mortaliter, si aliis tantum ministrant sine mortali. Priuat etiam eadem excommunicatio beneficii ecclesiast. passiuam electione, & qui eligitur sciens, mortaliter peccat, & talis electio licet valida, est per iudicis sententiam annullanda. Hæc excommunicatio contrahitur comunicando, cum nominatim excommunicato & publico clerici percussore. Qui hæc ligatur, potest à quolibet sacerdote absolui, inquit Toletus, facultatem habente à mortali absoluedi, & etiam à non approbato, si pœnitens mortali culpa careat.

*De excommunicationibus Bullæ
Cœnæ Domini. Prima
contra hæreticos.*

Cap. 18. 19.

BVlla hæc, illa est, quã Sixtus v. anno 1586. publicari mandauit. Continet quasdam speciales excommunicationes, quæ

Summo Pont. reservantur, & raro aliis conceditur ab eis absoluedi facultas. Solent huiusmodi excommunicationes interdum vocari processus, & his antiquiores nempe Greg. X I. qui sedebat anno 1370. reperiuntur in Bibliotheca vaticana. Sunt quidem ab homine, sed habent vim iuris, quia generaliter fulminantur, vnde etiam mortuo Papa efficaciam habent, & Sede vacante ligant, sicuti Pius Quintus optimè sanxit.

* Prima excommunicatio contra hæreticos fertur & ligat vnde cum personarum genera. Hæreticos omnes, eorū credentes, receptores fautores, defensores, libros hæreticorum hæresim continētes, vel de religione tractantes, sine licentia Sedis Apost. legentes, eosdem libros reuinentes, imprimentes, quomodolibet publicè, vel occultè, aut quouis pretextu defendentes, schismaticos, & eos

Compendium

qui à Rom. Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter deficiunt, aut ab illa recedunt. Hæretici dicuntur, qui aliquem errorem habent contra fidem cum pertinacia, cum qua etiam dubius in fide, & in iis, quæ fidei sunt, dicitur infidelis & hæreticus c. 1. de hæresi. Non ligat hæreticos mentales, sed eos, qui nutu, signo, vel facto aliquo hæresim exterius manifestarunt. Nec defensores, & réceptatores illos, qui hæreticos, solú vt consanguineos, aut affines, vel amicos, aut homines ex pietate, seu amore, recipiunt. Neque illos, qui à pontificis obedientia recedunt, quatenus est princeps temporalis, sed illos, qui ab eo recedunt tanquam Christi Vicario.

*De secunda & tertia excommu-
nicatione eiusdem Bulla.*

Cap. 20.

IN* secunda excommunica-
tione tria clauduntur persona-
rum genera. Appellantes ad
futurum Concilium generale ab-
ordinationibus, sententiis, vel
mandatis summi Pontificis: dan-
tes ad hoc consilium, & fauorem
præstantes effectu secuto. * Ter-
tia lata est contra Pyratas, Cur-
sarios & Latrunculos maritimos:
discurrentes mare Ecclesiæ, præ-
cipuè à Monte Argentario vsque
Terracinam, & contra eorundem
fautores, receptatores, & defen-
sores. Per Pyratas hic intelligunt,
non modo eos qui Christianos
re ipsa deprædantur, sed eos etiam
qui per mare vagantur vt de illis
prædam agant etiamsi nulla alia
sequatur actio.

De quarta & quinta excommunicatione. Cap. 21.

EXcommunicatio * Quarta est contra surripientes Christianorum naufragantiū bona, cuiuscūque generis illa fuerint siue in nauibus existentia, siue ex eisdem eiecta, aut in litore inuenta, & in quouis mari, quam omnes statim incurrun, si restituendi careant intentione. siue quae etiam si postea restituant, ligati manent donec absoluantur. * Quinta comprehendit imponentes noua pedagagia, & quodcunque tributum, vel iam imposita augentes sine sedis Apost. licentia, & illos qui prohibita, vel iniusta exigunt, ligat etiam officiales, & ministros exigentes. Tributa autem exigendi facultatem regulariter habent imperatores, Reges, & Italiae Principes, qui nulli sub-

duntur, & mistum habent imperium, ut sunt illustrissimi Veneti, & Magni duces Sabaudia, & Etruriæ. Qui autem sub alterius sunt iurisdictione, nec imponere, nec exigere queunt.

De Sexta excommunicatione.

Cap. 22.

Includit falsarios literarum Apostolicarum, id est, falsò litteras Apostolicas scribentes in forma brevis, gratiam vel iustitiam concernentes, falsò huiusmodi supplicationes nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarii, aut eorù vices gerentis signâtes, ligat etiam defensores, & fautores, eorundem. literæ Apostolicæ sunt Bullæ plumbatæ & brevia Apostolica. Non tamen includunt impetrantes, litteras subreptitias, vel litteras legatorum, seu Nuntii Apostolici. nec qui sensu-

immutato, vnā litteram, vel dictionem mutant, nec habentes falsas litteras sine vsu, vel inutiles domi in serinio conseruantes.

*De septima excommunicatione
Bullæ. Cap. 23. & 24.*

Est contra deferētes arma offensiua, & defensiua infidelibus, Christianos impugnantibus, quā incurrunt etiam deferētes ferrū & ferri filum, stannum, chalibem, equos, instrumenta bellica, lignamina, quibus naues, & triemes fiunt, funes & funium materiam. Item certiores facientes ipsos infideles, Turcas, & Saracenos, vel etiam Hæreticos de statu Christianæ Reip. in detrimentum eiusdem: cōsiliū etiam & fauorem præstantes: Non ligat vendentes arma in terris infidelium absque delatione, nec defferentes inter eos ex vna ciuitate in aliam

nec asportantes merces, aut victualia, nec Christianos in infidelium triribus contra Christianos remigantes, nec similiter qui gratitudinis gratia enses, vel equum ad ipsos afferrent.

De Octava, Nona, Decima, & Undecima excommunicatione.

Capit. 25.

Octava excommunicatio ligat inuadentes, impediētes, & perturbātes eos, qui victualia ad vsum Romanæ Curie necessaria deferūt. Romana Sedes ibi est vbi Papa; vnde per Romanā Curiam nō intelligitur Populus Romanus, sed immediate vel media ē Papæ inseruientes, quales sunt etiam, qui Cardinalibus atque Episcopis ibi inseruiunt. Non claudit illos, qui talia victualia, aut ea deferētes impediunt ob necessitatē propriæ Reip. sed eos,

qui ex odio, vel inuidia impediunt, atque eorum defensores, & fautores. * Nona fulminatur contra capientes, detinentes, spoliantes, mutilantes, interficientes venientes Romam, ibique commorantes, vel inde discedentes. Ligat tamen solum illos qui ad Sedem Apostolicam veniunt Pontificis intuitu, non illos qui alia ratione Romam proficiscuntur.

* Decima contra interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, & deprædantes Romipetas, & ibi commorantes, vel inde deuotionis ergo abeuntes. Cõprehendit etiam consilium, auxilium, vel fauorem præbentes.

* Vndecima lata est in eos, qui hostiliter insequuntur, capiunt, detinent, incarcerant, percutiunt, vulnerant, mutilant, vel interficiunt. S. R. E. Cardinales, Archiepiscopos, Sedis Apost. Legatos, Nuntios, & episcopos conse-

cratos, & euientes eisdem à suis
Terris, & Dicecesibus.

*De duodecima, & Tertiadecima
Excommunicatione.*

Cap. 26.

Claudat illos, qui aliquo mo-
do impediunt cursum cau-
sarum Rom. Curia, siue per
se, siue per alium, directè, vel indi-
rectè, aut consilium, vel fauorem
ad hoc prestant, aut auxilium: et si
huiusmodi persecutores in Roma-
na fuerint Curia, si verberent, aut
ibi interficiant, duobus Bullæ vin-
culis ligantur * Tertiam decimã
incurrunt impediens executio-
nem literarum Apostolicarum
etiam in forma breuis, tam
gratiam, quam iustitiam con-
cernentium, & etiam citationum,
inhibitionum, sequestrorum, mo-
nitoriorum, processuum & alio-
rum decretorũ à Sede Apostolica,

vel legatis : Nuntiis , præfidentibus & aliis quibuscunque delegatis Apostolicis emanantium.

De Excommunicatione decimaquarta, & decimaquinta

Cap. 27.

FUliminatur decima quarta contra reuocantes causas spirituales à iudicibus Ecclesiasticis, vel impediētes ipsarū causarū cursū prosequi volentes, ac se tanquam iudices de illarum cognitione interponentes. Claudic affensum , fauorem , consilium, & auxilium ad id dantes , etiam prætextu violentiæ prohibendæ. Ligat etiam Reges, Duces, Principes, Laicos omnes , Prælatos, Clericos , & Religiosos cuiusuis conditionis, & status. Decima quinta comprehendit illos, qui quauis prætensione personas Ecclesiasticas quarumcunque Ecclesiarum

ad suam audientiam, vel Cancellariam, aut Tribunal, præter iuris Canonici dispositionem, trahunt vel trahi faciunt directè, vel indirectè, non obstante quacunque, consuetudine, vel priuilegio. Non claudit illos, qui secundum iuris dispositionem ad suum forum prædictas personas Ecclesiasticas trahunt, vt si tales personæ iam brachio seculari fuerint traditæ, aut de licentia Episcopi, seu reconuentionis via.

De Decima sexta, & decima septima excommunicatione.

Cap. 28.

HÆc est cōtra impediētes Episcopos, Archiepiscopos & alios inferiores prælatos ac etiā quoscūque iudices Ecclesiasticos, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica utantur, & cōtra eos qui post ipsorū sētētias, & decreta

curias seculares recurrunt. Ligat etiam eos, qui hæc decernunt, dant auxilium, consilium, fauorem, vel patrocinium. * Decima Septima est, contra usurpantes, vel sine Romani Pontificis licentia fructus sequestrantes, prouentus, seu redditus ad Sedem Apostolicam, aut ad personas Ecclesiasticas quarumuis Ecclesiarum, vel Monasteriorum aut beneficiorum pertinentes. Limitatur tamen, vt dicta bona ad prædictas Ecclesias, & personas Ecclesiasticas ratione beneficiorum pertineant, & talis usurpatio sit quasi quædã appropriatio, ac si sua essent.

De Decima octaua, & decima nona excommunicatione.

Cap. 29.

Decima octaua cõpræhedit illos qui collectas, decimas tales, præstantias & alia

onera cle-

clericis, prælatiſ, & aliis perſonis
Eccleſiaſticis, aut earum Eccleſia-
rum bonis, vel fructibus, aut red-
ditibus, abſque Rom. Pontificis
licentia imponunt, aut exigunt,
aut ſic impoſita à ſpontè dantibus
recipiunt, nec non contra illos,
qui hæc facientibus, auxilium
conſilium, vel fauorem impen-
dunt. Non igitur illos, qui talia im-
ponunt clericis ſecularia negotia
tractantibus, ſed illos, qui per
ſe, vel per alios, directè, vel indire-
ctè cuiuſcunque ſtatus, & condi-
tionis fuerint, Eccleſiaſtica tractan-
tibus, ſine licentia imponunt.

*Decima nona comprehendit,
omnes Magiſtratus, & Iudices,
Notarios, & Scribas, executores,
vel ſubexecutores, quolibet ſe in-
terponentes in cauſis capitalibus,
ſeu criminalibus. contra perſonas
Eccleſiaſticas, illas proceſſando
banniendo, capiendo, ſeu contra,
illam ſententiâ ferendo, ſine ſpeciali

licentia Sedis Apostolicæ.

*De excommunicatione vigesima,
& ultima Bullæ Cœnæ Do-
mini. Cap 30.*

Ligat quoscunque, qui per se
vel per alios quouis colore
occupare, & destruere, vel
detinere præsumperint urbē Ro-
mam, ac Ciuitates alias, terras, &
iura ad ipsam Romanam Eccle-
siam pertinentia. Superiores verò
excommunicationes ita reser-
uantur, vt nemini extra mortis
articulum liceat ab eis absoluere,
& si qua in iis antea absoluendi a-
liquis concessa fuerint priuile-
gia, nunc reuocantur per Rom.
Pontificem, & qui aliter ab eis ab-
soluere præsumperint, excōmuni-
cantur. Hæc tamen excommu-
nicatio quæ generalis est, quãuis
olim per Paulum II fuerit reserua-
ta, nunc tamen probabilius est

nulli referuari: cæterum ne quis
fortè decipiatur solemnibus illa ac
generalis absolutio quæ datur in
die Cœnæ, minime fauet excom-
municatis absque alia speciali
absolutione, quinimo nec abso-
lutio ipsa proderit, nisi facta prius
contra libertatem Ecclesiasticam,
certò reuocauerint, & de hoc Ro.
Pontificem certiores reddiderint
Præcipit insuper Romanus Pon-
tifex in virtute sanctæ obedientiæ
omnibus Prælatiis saltem semel in
anno huiusmodi literas ubi eas ac-
ceperint in eorum Ecclesiis solem-
niter publicari; & omnibus Recto-
ribus, & curam animarum geren-
tibus, ut easdem apud se habeant,
& legant.

*De excommunicationibus extra
Bullam. Papæ tamen reser-
uatis, & primò de excō-
municatione ob ma-
nuū iniectiōem.*

Cap. 31.

Quatuor sunt necessaria ad hoc quod hæc Excommu-
nicatio liget. Primum, ut
sit manuū iniectio, vel percussio,
qua intelligitur omnis effectus
violentus in personam, vel in iis
quæ personæ ipsi hærent, ut si
quis aquam, pulverem vel sa-
liuam per modum iniuriæ proii-
ciat, aut equi frænos, vel aliud
quid simile è manibus eripiat:
vel violenter teneat etiam si absit
læsiō. Præterea qui clericum per-
sequendo cogit illum se præcipitè
cadere, secus si sine percussione ca-
dat, & lædatur: Insuper omnis
effectus iniuriosus, licet non sit
violētus, hac excommunicatione

punitur. Non autem verba maledica, nec cōminationes si effectus non sequatur. * Secundò debet esse violēta ac volūtaria, quia in casualibus non ligat, licet etiam sequatur homicidiū. * Tertiò oportet vt sit suadente Diabolo, & ita notabilis percussio, quod sit peccatum mortale. * Quartò necesse est, quod sit facta in clericum vel Monachum. Per clericum veidò intelligitur vir habens primam Tonsuram, & quod alicuius Ecclesiæ sit seruius ab Episcopo deputatus eique seruiat, etiam si fuerit verbaliter tantum excommunicatus, suspensus vel irregularis, aut degradatus: non autē si realiter sit talis. Per Monachum quemlibet regularem intelligi volunt. Nouitium, Professum, Cōuersum, & etiam moniales: quinimò & Fratres Tertii Ord. SS. dominici ac Francisci, qui collegialiter viuunt, & habitum deferunt: He-

remita similiter, qui est alicui
Regulæ subiectus: Milites S. Ioan-
nis Hierosolimitani, qui Regu-
lam Sancti Augustini profiten-
tur, extenditur ad mandantes
talem manus iniectioem per a-
lios fieri, ad illos quorum nomi-
ne facta est, etiam ipsis ignoran-
tibus, dummodo post, scientes ra-
tam habeant: Ad consentientes,
qui cooperantur per consilium,
auxilium, vel fauorem. Ad dolo-
se non impediētes, cum possunt.

*De iis qui ab excommunicatione
absolueri possunt. Cap. 32.*

T Riplicem percussione, seu
corporis læsione tradit Ab-
bas Panormitanus: enor-
mem mediocrem, & leuem, enor-
mis dicitur membri mutilatio, &
magna sanguinis effusio: Medio-
cris, quæ minorem dicit læsionem

leuis dicitur illa (dummodo sit peccatum mortale.) quæ fit pugno, palma, pede, aut etiam ligno vel lapide, sine vulnere. Ab enormi absoluunt tantum Papa, à mediocri, & leui Episcopus absoluunt clericos, & laicos: Abbas verò suos Monachos, & alios regulares absoluunt eorum prælati. Si autem percussus sit alterius Religionis, ab vtriusque superioribus est absoluendus: si verò clericus à religioso percutiatur. tunc religiosus non potest nisi à Papa absolui. Pueri ante pubertatem, id est ante 14. annum, mulieres, moniales, ad itinerandum impotentes vt claudi, cæci, pauperes, qui nequeunt nisi quotidiano labore sustentari, Monachi, qui non habent viaticum, mendicantes Christiani, Magnates, & delicati, qui laborem sufferre nequeunt, ab Episcopo absoluuntur.

*Quando & in quibus casibus non
incurritur hæc excommuni-
catio. Cap. 33. & 34.*

Non contrahitur quando percussio fit ioco vel fortuito ut si quis dum turbas cohibet & arcet, clericum percussiat vel si causa vim vi repellendi cum moderamine inculpata tutela, nec quando percutitur clericus turpiter cum matre, vel sorore inuentus, nec quando signis deficientibus, clericus non creditur, vel si sit degradatus, seu habitu careat, & tonsura, aut ioculatorum artem per annum exercuit, nec si à muliere percussatur, quia de stupro tentauerat: nec si correctionis, disciplinae, vel deuotionis gratia à Prælati sicut Magistris (quibus licet etiã Sacerdotes percutere) clerici vel monachi percutiantur, seu in minoribus constituti à patribus,

ab iis, qui Ecclesiæ curā habent ne officium turbetur, etiam vsque ad sanguinis effusionem e naribus, Verū si in correctione inueniatur excessus peccati mortalis, excedētes, incurrunt, dummodo talis excessus non fuerit subitaneus.

Percutientes ex odio excommunicantur omnes & quamuis Episcopus per alium, clericum suum percutere possit, Abbatibus tamen non licet nisi per se ipsos, extra necessitatem: vt cap. vniuersis, de sent. Excommunicatio- nis. Torturam autem per laicos dantes. Panormit. dicit ligari. Na- uar. ait peccare tantū mortaliter. Sed verius ab utroque vinculo excusantur. Qui mandauit cleri- cum sine auctoritate, & iustitiæ percuti, & reuocauit mandatum ante percussionem sciente manda- tario, non incurrit, etiam si post mandatarius percutiat, nec man- dans, qui ante mandati executio-

nem moritur, nec satellites, qui superiorum licentia clericum capiunt, & in vincula trudent. Quando vero clericus, vel religiosus se ipsum ex ira, & odio percutit, incurrit, si verò se offerat percutienti, spontè, non ipse, sed percutiens est excommunicatus.

*De aliis excommunicationibus
Papæ reservatis ex Decretalibus. Cap. 35.*

PRima in eos lata est, que ultra annum à Papæ delegato excommunicati, permanserunt in excommunicatione. * Secunda. In falsarios, & habentes apud se literas falsas. * Tertia. Contra communicantem spontè, & scienter in diuinis cum excommunicato à Papa per sententiã. * Quarta. Contra incendiarios excommunicatos & denunciatos. * Quinta. Contra raptos rerum Eccle-

narum, monasteriorum, hospitalium, & effractores ferarum, portarum, murorum, ac locorum pi-
orum eorundem. * Sexta contra e-
ligentes, & electos si consenserint,
in senatorem urbis Romæ vel re-
gimen alicuius gubernationis Im-
peratores, Reges, Duces, Marchio-
nes, Barones, & Comites, aut eorū
filios; & nepotes, nec vllus ad præ-
dicta officia in eadem vrbe eligi
potest vltra annum sine licentia
Pontificis, per litteras expressas.
* Septima. Contra imponentes Ta-
lias clericis, de quibus supra in
Bulla Cœnæ. D. * Octaua. In eos
qui hostiliter insequuntur Cardi-
nales, de qua etiam supra. * Nona.
Contra mandantes, & persequen-
tes illos, qui iustam excommuni-
cationis sententiam promulga-
runt: aut eandem obseruant.

*De excommunicationibus Papæ
reservatis ex Clement. &
Extravag. Capit. 36.*

Prima est cōtra Inquisitores,
& eorum substitutos, seu Vi-
carios ipsius Episcopi, qui o-
dio, vel lucri amore contra iusti-
tiam aliquid committūt, aut alios
vexant, vel eis hæresis crimen im-
ponunt. * Secunda contra Religio-
sos sacramenta Eucharistiæ, Matri-
monii, & Extremæ Vnctionis etiã
in articulo mortis ministrantes,
non habita prius Parochi licentia.
* Tertia fertur contra percussores
Episcoporum. * Quarta contra Re-
ligiosos, qui laicos ad vouendum,
vel iurandum seu promittendum
inducūt, vt in eorū Ecclesiis sepul-
turas eligant, vel ibi electas non
immutēt. * Quinta, contra tēpora-
les, dominos, qui quomodolibet
aliquem cogunt in loco interdicto
celebrare. * Sexta. in eos qui præ-

textu confessionalium, vel gratiarum à Sixto 4. concessarum absoluerè præsumunt simoniacos, mutilatores, vel occisores existentium in sacris: Violatores ecclesiasticæ liberatis, & à casibus in Cœna Domini. vel dispensant in votis castitatis, Religionis, Hierusalem, Sancti Iacobi, & sancti Petri Romæ. excusantur tamen si contra faciant ex ignorantia, vel sine prædictorum confessionalium prætextu. * Septima contra exhumantes humana corpora, vel eadem dilaniantes, nisi fiat inter infideles, vel ratione anatomie inter Christianos. * Octava. Excommunicantur dantes, & accipientes pecuniam ex pacto pro ingressu monasteriorum virorum, & mulierum. si tamen aliquid accipiatur in sustentationem monialium, aut paciscantur super dotibus earundem, non excommunicantur. * Nona, contra simo-

niacos, procuratores simoniae, & scientes huiusmodi contractus, & non manifestantes: quamuis de non manifestantibus non fit in usu. *Decima, contra Fratres mendicantes, cuiuscunque sint Ordinis transeuntes ad aliam Religionem, illa Chartusianorum excepta, sine Sedis Apostol. licentia. * Undecima est Sixti 4. & Concil. Trid. sess. 4. vbi excommunicantur affirmantes eos mortaliter peccare, vel illos esse hæreticos, qui dicunt B. Mariam Virg. conceptam sine peccato originali, & illi pariter, qui contrariam sententiam damnant.

*De excommunicationibus non
reservatis ex Decreto, &
Decretal. Cap. 37.*

PRima est contra Iudices, & Gubernatores laicorū iustitiā non observantes post tri-

nam Episcopi admonitionē. * se-
cunda. Contra electum in Papam
à minori numero duarū partium
Cardinalium, si suæ Electioni con-
sentiatur. * Tertia. Fulminatur con-
tra imponētes iniustas alias, vel
collectas personis Ecclesiasticis.
* Quarta. Contra Religiosos pro-
fessos exeuntes è monasterio ad
audiendas leges, vel medicinam,
nisi intra duos menses reuertan-
tur. * Quinta. Lata est in Sacerdo-
tem habentem Vicecomitis, aut
Præpositi secularis officium. * Sex-
ta. Ligat spoliantes Christianos
nafragantes: quæ est etiam in
bulla Cœnæ Domini. * Septima.
Contra violantes libertatem Ec-
clesiasticam per modum statuti,
vel consuetudinis, nisi id de suis
libris decretalibus post duos mē-
ses à publicatione huius senten-
tiæ deleuerint. * Octaua. Contra
recipientes ordines, vel beneficia,
& alia huiusmodi à schismaticis,

& eos qui cōsenserint ordinationi illorum.

De Excommunicationibus non reservatis, in sexto.

Cap. 38.

EXcommunicantur * primò mittentes scripturā, vel nunciū Cardinalibus in conclavi existentibus, vel cum eis secreto loquuntur. * Secunda est contra dominos, & officiales non observantes ea, quæ in morte Papæ observanda sunt. * Tertia. Ligæ spoliantes, & iniuste persequentes personas Ecclesiasticas, eorū Ecclesias, vel monasteria, aut consanguineos vsque ad 7. gradum, si id faciant propterea quod nolint aut noluerint eligere eos pro quibus rogarunt. * Quarta. Contra de nouo usurpantes ius custodiæ vel guardiæ Ecclesiæ vacantis, vel titulū, aut bona ipsius capientes, aut hæc fieri procurantes. * Quinta. Com-

prehendit

prehendit illos, qui sunt deputati ad dirigendas moniales in suis electionibus si non abstinant ab iis, ex quibus discordiæ inter eas oriri solent. * Sexta. Claudio procuratores, quod Iudices conservatores tibi dati, intromittant se ad alia, quam ad manifestas iniurias, & extendant potestatem ad ea, quæ iudicalem exigunt discussionem. * Septima. Contra extorquentes vi, aut metu, excommunicationis absolutionem, aut suspensionis, vel etiam interdicti. * Octava. In eos, qui fraude iudicem in domum alicuius mulieris inducunt, ut eius testimonium accipiant. * Nona. Contra compellentes personas Ecclesiasticas, ut Ecclesias suas, vel eorum bona immobilia, vel iura laicis subdant, si autem hoc fiat ad breve tempus, ut infra, decem annos, non ligat. * Decima. Ex Siluest. Contra inventores novarum Religio-

num, vel Religionis nouæ habitum fumentes: sed melius dicitur eam excommunicationem tantum esse contra ordines quosdam mendicantes, qui hodie non extant, quemadmodum nec fratricelli, qui in extrauaganti quadam Ioan. 22. excommunicantur.

*Undecima. Compræhendit exigentes per se, vel per alium pedagia à personis Ecclesiasticis pro rebus, quæ negotiationi non sunt expositæ. * Duodecima, contra impediētes Ecclesiasticam iurisdictionem, & compellentes personas Ecclesiasticas litigare, aut Ecclesiasticum forum relinquere, & transire ad seculare. * Decima tertia, contra dominos temporales subditos suos impediētes, ne personis Ecclesiasticis quicquam vendant, aut ab eisdem emant.

*Decima quarta, cōtra Religiosos professos in Religione approbata, qui temerè, & sine causa ha-

bitum dimittunt, & qui sine licentia Prælatorum ad studia literarum extra claustrum se conferunt, ligat etiam Doctores, Magistros, qui tales habitu dimisso leges aut physicam docent. Si verò dimissionis habitus sit rationabilis causa, vel non temeraria, aut ad breue tempus alium etiam sumant ad ludum, aut ad festum non incurrunt: quinimò, nec si talis dimissio cum mortali sit coniuncta ad horam, & ad aliquod mortale peccatum commodius perpetrandum, sed tantum quando quis ita assumit alium habitum, ut arbitrio viri prudentis dicatur proprium dimisisse. Et eadem est ratio, si proprium ita occultet, ut ex illo cognosci non possit cum sit religiosus, nam etiam tunc excommunicatur. * Decima quinta, est contra illos qui scienter præsumunt tradere Ecclesiastica sepultura hæreticos, eorum

credentes, receptatores, defensores, fautores, nec absoluendi sunt quousque publice extumulent & proiiciant eorum cadauera. Et locus ille perpetua caret sepultura. *Decima sexta excommunicatio est contra Rectores, & dominos temporales in causa hæresis se immiscentes, aut iniuncta sibi per Episcopum, vel Inquisitorem non implentes, aut implenda impediendes. * Decima septima, contra illos, qui per assassinos aliquem Christianum occidere mandant, etiamsi mors non sequatur. * Decima octaua, contra Clericos, qui usurariis extraneis domos suas conducunt, vel in iis habitare permittunt ad vsuras exercendas, si intra tres menses eos à terris suis non expellant. * Decima nona, contra Reprensalias concedentes contra Ecclesiasticas personas, vel eorum bona. * Vigesima. In Principes, & Iudices, qui

non obseruant obseruanda contra persecutores Cardinalium.

De Excommunicationibus non
reseruatis in Clement.

Cap. 39.

Prima est contra illos, qui sequestrationem beneficii Ecclesiastici per triennium pacifice non possessi factam ab ordinario per sententiam diffinitiuam & apud Sēdem Apof. promulgatā impedire, vel fructus sequestratos occupare contendunt. * Secunda, Contra humantes tēpore interdicti in causis non permissis, cadauera publicè excommunicatorū, & nominatim interdictorum, ac manifestos vsurarios. * Tertia, contra Religiosos appropriantes sibi decimas non debitas, & fraude, vel dolo aliorū. Ecclesiis debitas, soluere non permittentes. * Quarta, in Monachos, & Canonicos & Regulares administrationē nō habētes

qui ad curias principum se conferunt, ut suis Prælati, vel Monasteriis damnum inferant, ubi etiam excommunicantur Monachi intra septa monasterii armamentes sine superioris licentia.

*Quinta. Contra illos, qui impediunt visitatores monialium in iis, quæ pertinent ad visitationis officium, nisi moniti desistant.

*Sexta. Contra fœminas statum Beghinarum assumentes, vel assumptum sectantes.

*Septima. Ligat eos qui scienter in gradibus affinitatis, & consanguinitatis iure prohibitis, aut, cum monialibus contrahunt matrimonium, & Religiosos professos, ac clericos idem matrimonium contrahentes.

*Octava. Contra Inquisitores, & Episcopi commissarios in crimine hæresis, qui sede vacante prætextu sui officii inquisitionis, illicitè pecuniam vel aliquid pecunia estimabile extorquēt aut bona Ec-

clesia
dicti
Eccles
Offici
dētes
*Deci
cātes,
nouo
vel ha
uistitu
tra co
qui de
quo m
In Re
qui in
dis Ap
nario
feruat
De ex
wate
F
S
tur reg

clesiæ ob delictum clericorū; prædicti officii occasione etiam fisco Ecclesiæ applicant. * Nona est in Officiales, ferētes, vel non rescindētes statuta de vsuris soluendis.

*Decima. Cōtra Religiosos mēdicātes, qui sine Papæ licētia loca de nouo accipiunt ad habitandū, vel habita commutant, aut quouis titulo alienant. Est etiam contra concionatores, & Religiosos, qui decimarum solutionem aliquo modo impediūt. * Vndecima In Religiosos cuiuscunq; ordinis, qui interdictum auctoritate Sedis Apost. impositum, seu in ordinariorū Ecclesia Cathedrali obseruatum, non obseruant.

De excommunicationibus nō reseruatīs in extrauag. Cap. 40.

Fulminatur * Prima, cōtra impediētes Nuntios, & Legatos Summi Pōtificis, ne ingrediātur regna, prouincias, & terras, ad

quæ ipsi sunt destinati. Sed hæc est etiam nunc temporis in Bulla Cœnæ Domini. *Secunda, est contra illos, qui extra casus in iure concessos, alienant bona immobilia, vel mobilia, pretiosa Ecclesiarum: vel ultra tres annos locant aut alio contractu concedunt: sed hæc à paucis videtur recepta. *Tertia. Contra impugnantes litteras Pape nondum coronati.

De excommunicationibus in Concilio Tridentino positis.

Cap. 41.

PRima habetur sess. 4. contra imprimentes, vel imprimi mandantes libros de rebus sacris sine auctoris nomine, & ordinarii approbatione, ac proprii superioris recognitione. Ligat etiam eosdem libros apud se retinentes, ac præterea divulgantes manuscriptos, sine eorundem li-

centia, & approbatione, extenditur rursus per Concil. Later. ad non sacros si imprimantur sine Inquisitoris Diocesani probatione: hæc tamen excommunicatio nemini reseruat. *Secunda, renouat, & corroborat illam supra positam. Sixti 4. de immaculata Mariæ Virg. conceptione, & reseruat Papæ. *Tertia, contra docentes, vel pertinaciter asseuerantes, seu defendentes non esse necessariam sacramentalem confessionem ante sacram communionem iis, qui peccati mortalis culpa tenentur, non tamen est reseruata. *Quarta, contra Clericos, & laicos quacunque dignitate fulgentes, qui alicuius Ecclesiæ iurisdictiones, bona, census, iura feudalia, & emphiteotica: fructus & emolumenta, ac quæcunque alia bona etiam beneficii secularis in usus pauperum destinata in proprios conuertunt, & hæc est

Papæ referuata.* Quinta nem ni
referuata, in raptores mulierum
& eis consilium, auxilium, & fa-
uorem præstantes.* Sexta, quæ ne-
mini etiam referuatur, claudic
impedientes subditos, ne libere
matrimonia contrahant, aut con-
tra propriam libertatem contra-
here cogunt.* Septima, cõtra Ma-
gistratus seculares, qui non præbent
auxilium inuocatum ab Episco-
pis ad conseruandam monialium
clausuram.* Octaua, contra ingre-
dientes septa monasterii monia-
lium sine licentia Episcopi vel su-
perioris, in scriptis obtenta: non
est referuata, Conc. Trid. Sess. 24.
c. 5.* Nona est contra Clericos,
Religiosos, & Laicos quoscunque
virginem vel viduam monasteri-
um ingredi cogentes, vel ad sus-
cipiendum habitum aut profiten-
dum. Ligat etiam ad hoc consi-
lium, auxilium, vel fauorem
præbentes, & impedientes eas-

dem, quæ veli accipiendi, vel voti
emittendi voluntatem habet quæ
Excommunicatio non etiam est
reservata. *Decima, Contra Duel-
lorum iniquum usum, Sess. 25. c. 19
de refor. vbi sex personarum ge-
nera excommunicantur. * Primò.
Imperatores, Reges, & Principes
omnes in suis terris duella per-
mittentes. * Secundò, pugnantes.
* Tertio: patrini: * Quartò, consi-
lium præbentes. * Quintò, suaden-
tes. * Sextò, spectatores ex indu-
stria: Hi verò omnes vltra excõ-
municationis maledictionẽ, per-
petuæ infamiæ pœnã, atque om-
niũ bonorũ proscriptionẽ incurrũt
Excõmunicatio tamen hæc non
est reservata. Notat verò hic To-
letus, licet ex Concil. Trid. Sess. 24.
cap. 6. Episcopi possint per se,
vel suos Vicarios absoluerẽ à qui-
buscunq; casibus quibus anne-
xa est censura, quando crimen est
occultum, & verò etiam à crimi-

ne hæresis (nisi quod ab hoc non possit per vicarium, sed tantum per se ipse.) Hoc tamen priuilegium iam reuocatum esse quoad casus bullæ, per eandem bullam: & sic à casibus in illa contentis non posse absolueri etiam si occulti sint, atque ideò nec ab hæresi occulta.

Quid suspensio, de eius speciebus, & causis. Cap. 42. 43. & 44.

Suspensio est * Ecclesiastica censure priuans vsu Ecclesiastici officij, vel beneficij. Cuius tres sunt species: quædam enim est ab ordinis, vel iurisdictionis officio: quædam à beneficio ecclesiastico, quodcumque sit illud: quædam ab officio, & beneficio simul, & singulæ his priuant aut ex parte, aut toto, & vel in perpetuum, vel ad tempus. Præterea sus-

penſio eſt duplex, à iure, vel ab homine. Spenſus ab ordine ſimpliciter, eſt ab omni ordine ſpenſus, atque adeo à Iurisdictione ſpirituali in eo fundata; & ſpenſus ſimpliciter ab officio, ſpenſetur ab ordine & iurisdictione, ſed ſpenſus à beneficio, non eſt ſpenſus ab officio, puta ordine & iurisdictione; & è contra regulariter ab officio ſpenſus, non ſpenſetur à beneficio. Quando verò ſimpliciter ponitur ſpenſio, intelligitur maior, & tunc ſpenſio eſt ab omnibus: ſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, priuatur poteſtate exercendi ordinem in Eccleſia, & audiendi diuina, ſpenſus ab administratione Eccleſiæ vel beneficii, non propterea eſt ab ordine ſpenſus.

Quatuor ſunt ſpenſionis cauſæ: efficiens, vt ſuperior, & quicumque poteſt excommunicare.

Materialis remota est persona Ecclesiastica: proxima verò peccatū & frequētius mortale. Forma certa non habetur, sufficet tamen si dicatur, suspendo te ab officio, vel beneficio. Finis est Clericorum correctio, & animarum salus.

De effectibus, & absolute suspensionis. Cap. 45. & 46.

Plures sunt suspensionis effectus. * Primò nāque transgressores præcepti suspensionis ut plurimum mortiferè delinquit. * Secundò fiunt irregulares, quādo non verentur ea, quæ sunt ordinis suspensi exētere. Secus vero si tantum recipiant. * Tertio priuantur communionē eorum in quo suspenduntur ita ut peccent communicando cum aliis in eo actu & vice versa cæteri cum illis, ut qui recipit sacramenta à suspensio à collatione sacramentorum. * Quarto.

Ab officio suspensus non potest eligere, nec eligi ad beneficiũ, nec excommunicare nec conferre beneficium, potest tamen qui suspensus est à beneficio, sed non potest recipere fructus beneficii nisi ad modicam sustentationẽ, si sit pauper & sit suspensus ob delictum nam ob contumaciam, etiam modica illa priuatur. Iam vero si suspensio sit tantum ad certum tempus, tollitur etiam sine absolutione, tempore illo expleto: Sin minus si sit iuris, tollitur à Papa, si sit illi reseruata, alias enim potest ab Episcopo tolli, sicuti potest etiam eam tollere quæ ab eo profecta est, nisi lata sit ob tale delictum super quod non possit ipse Episcopus dispensare. Absolutio ab illa, non habet formæ determinata verba, sed communiter sic datur. Absoluo te à suspensione, quam incurristi, & restituo te pristina executioni ordinis, vel be-

neficii, in nomine patris, & filii, & Spir. San. Amē. Differt ab excōmunicacione, quia excōmunicatio nō tollitur nisi per abtolutionē: suspēfio, aliquādo sine abtolutione. Excōmunicatio tantū propter cōtumaciā fertur suspensio quādoque in pœnā delicti sine contumacia. Excōmunicatio quælibet maior, prohibet sacramētorū susceptionē & ministracionē, hoc verò prohibet tantū illa suspensio quæ est ab administracione Sacrament, vel collatione seu officio ac ordine. Illam contrahunt etiam Episcopi, hanc non incurrunt, nisi de ipsiſ specialis mentio fiat.

De Suspensione Concubinariſ notorii, & aliis suspensionibus, quæ magis sunt in usu.

Cap. 47. & 48.

PRima sit hæc, Omnis clericus siue Sacerdos, siue Diaconus, vel Subdiaconus concubi-

narius

narins, vel fornicarius notorius,
est ab officio, & beneficio ipso iu-
re suspensus, vt Abbas, Panor. do-
cet, vnde si talis ordinis actû exer-
ceat, est irregularis, vide Conc.
Trid. sess. 25. cap. 14. Secunda est,
Episcopus Italus, qui Clericû Vl-
tramontanum, sine Papæ licentia,
& litteris sui Episcopi ordinat, est
ipso iure suspensus, & non absol-
uitur nisi à Papa. *Tertia. Qui sci-
enter vel ignorãtia affectata, Cle-
ricum alienum sine proprii Epif-
copi, vel sui superioris licentiã
ordinat, à collatione ordinum per
annum suspenditur. *Quarta. Cõ-
ferens primam Tonsuram infan-
ti, vel illite rato, aut alienã Dice-
cesis, sine licentiã proprii superio-
ris, à primæ Tonsuræ collatione
per annum est ipso iure suspensus.
*Quinta. Suspenditur præsumen-
tes ordine in sacrum extra tempo-
ra, vel ante legitimam etatem sine
licentiã recipere, & à solo Pa-

pa dispensantur. *Sexta. Ordinās, vel præsentans aliquem ad ordinem si ab eo exigant iuramentum, aut pactum non inquietandi, vel petendi victum ab Episcopo, & qui ita ordinatur sunt suspensi: ordinans videl. ab ordinum collatione, & præsentans ab executione, & ordinatus ab ordine suscepto in perpetuum, & solus Papa potest dispensare. *Septima. Clerici scienter eligentes ad Episcopatum, vel dignitatem aliam, seu ad animarum curā indignum, quoad ætatem, mores, scientiam, legitimitatem, si sequatur electio per triennium sunt à beneficio quod habent in Ecclesia ad quam fuit facta electio suspensi. *Octava. Iudex excommunicans, vel suspendens, vel interdicens aliquem sine scripto, & causa scripta, per mensem ab introitu Ecclesiæ, & diuinis officiis suspenditur. *Nona. Promulgantes ex-

communicationis sententiam sine admonitione, & personis idoneis presentibus; per mensem ab introitu Ecclesiæ suspenduntur.

*Decima. Capitula, Conventus, & singulares personæ, quæ Prælati mortuo, bona ipsius aut quæ in Ecclesiæ utilitatem erant conuertenda, aut futuro successori seruanda, surripiunt, vel consumunt, suspensi sunt donec restituant.

*Undecima. Episcopi, Abbates, & Prælati omnes, qui idem faciunt sine privilegio, & consuetudine, suspenduntur ab ingressu Ecclesiæ donec restituant. * Duodecima.

Iudex ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus, qui contra conscientiam, vel iustitiam in grauamen alterius partis, aliquid in iudicio per gratiam, vel per sordes fecit, suspenditur per annum ab officii executione ita ut si a te se ingerat fiat irregularis. *Decimatertia. Archiepiscopi, vel episcopi, qui vi-

stant Ecclesiās, & ultra procuracionem suam, pecuniam, vel aliud quoduis munus, etiam spontè oblatum recipiunt, duplum intra mensem restituant, & ultra differentes, sint ab introitu Ecclesiæ interdicti, illis vero inferiores sunt ab officio, & beneficio suspensi. *Decima quarta: est cōtra Mendicantes admittentes ad professionem, aliquem ante completum probationis annū. *Decima quinta. Suspenditur Iudex conseruator ab officio suo per annum, si se immisceat in iis, quæ ad eius officium non pertinent. *Decima sexta, Episcopi, & cæteri superiores, qui amoris, lucri, vel odii gratia contra hæresis crimen non procedunt, aut ipsum crimen aliqui imponunt, ab officio per triennium sunt suspensi. *Decima septima. Suspenditur ab officio quilibet Religiosus præfidens monasterio, qui sua iura, redditus, v^a el

possessiones eiusdem ad vitam, vel ad certum tempus quouis titulo sine necessitate, & Ecclesiæ utilitate alicui concedit: Non suspenditur si ad modicum tempus eadem locet, vt in Clement. 1. de rebus Ecclesiast. *Decima octaua. Clerici qui partita, vel colorata veste vtuntur sine rationabili causa suspenduntur: Clerici quidem beneficiati per sex menses à beneficio Ecclesiastico obtinendo reliqui per annum non tamen suspenditur si doctoratus gratia, vel timoris causa, vt cum per terras inimicorum est iter faciendū. *Decima nona. Per simoniæ realis labem ordinem conferentes, aut recipientes, siue occulti, siue manifesti sint, ab executione ordinum perpetuo suspenduntur.

De Suspensionibus Concilii Trident. Cap. 49.

Primo suspensionis pœna in Episcopos fertur, qui in alterius Diœcesi cuiusvis privilegii prætextu pontificalia exercēt sine ordinarii loci expressa licentia, aut cum ipsa licentia eadem pontificalia in non subditos eiusdem exercent, ab exercitio enim pontificalium ipso iure sunt suspensi, & ordinati ab ordinum executione. * Secunda. Capitulum. sede vacante, infra annū à die vacationis, licentiam alicui ordinandi, aut litteras dimissorias cōcedēs, nisi recepturus arētatus sit ratione beneficii recepti, vel recipiendi, ecclesiastico subiacet interdicto, ordinati verò in minoribus clericali priuantur privilegio, in maioribus autem ipso iure suspensi sunt ad beneplacitū futuri prælati.

*Tertia. Episcopus Titularius etiã in loco nullius Diœcesis, aut exēpto, quouis prætextu alterius subditum ad ordines promouens, ab officio pontificalium, per annum, & promoti ab ordinum executione ipso iure sunt suspensi donec prælato suo visum fuerit.

*Quarta episcopus ordinans non subditum prætextu cuiusuis privilegii sine testimonio sui ordinarii, à collatione ordinum ipso iure est suspensus per annum, & ordinatus à susceptorum ordinum maiorum, vel minorum exercitatione, quandiu proprio ordinario videbitur. *Quinta. Abbates quantumvis exempti ipso iure ab officio & beneficio, per annum sunt suspensi, si litteras dimissorias clericis secularibus conferant, vt ab aliis ordinentur, hoc n̄ ad illorum pertinet ordinarium, etiam si tales clerici ipsorum Abbatum fuerint subditi. *Sexta. Quicumque fa-

cerdos alterius parochi spōlos benedicere, sine eius licentia ausus fuerit, ipso iure est suspensus donec absoluator ab ordinario parochi qui interesse debebat. * Septima. Præfecta, seu Abbatisa Monasterii, Episcopum certiozem facere tenetur per mensem ante professionem alicuius faciendam, alioquin ab officio erit suspensa, quandiu Episcopo visum fuerit. * Octava. Episcopi concubinariū postquam à synodo moniti, non se emendauerint, ipso facto sunt suspensi.

De Degradatione, & Depositione. Cap. 5.

Degradatio est* suscepti ordinis perpetua depositio, Ecclesia nãque cū Ordinis characterē semel impressum auferrenon possit, vsum eius legitimum

in perpetuū aufert: & hoc est degradare. Veruntamen est, quod nō aufert omnem vsum simpliciter, quia etiā sacerdos degradatus potest cōsecrare, & Episcopus degradatus ordinare, quāuis grauissimè peccēt. Cū vero degradatio priuet omnilicito vsum officii, atque adeo officio quo ad vsum, priuat etiā beneficio, quia ordini nititur. Honoratamē canonicas recitare huiusmodi degradati iure tenētur. Duæ sunt degradationis species, verbalis, & actualis. Discrepāt in multis, nam actualiter degradatus perdit vtrūque priuilegium clericale, canonis, & fori, ita vt sit sub iudice seculari, & percutiens ipsum non incurrit excommunicationem.

*Secundo Concilium Tr. mutauit ius antiquum, & decreuit, quod depositio verbalis clerici, & Sacerdotis, fiat per Episcopum, vel eius vicarium generalem, actualis autem per ipsum Episcopum,

& episcoporum loco (si Episcopi haberi non possunt) conuocentur Abbates vsus Mirre, & Baculi ex priuilegio habentes, aut persone Ecclesiasticæ in dignitate constitutæ, ætate graues, & iuris scientia commedabiles. * Tertio Actualiter degradatus tradendus est curia seculari, non autem si verbaliter tantum, dummodo sit corrigibilis. * Quarto. Quia degradatio verbalis potest fieri contra contumacem absentem: actualis requirit semper præsentem. * Quinto. Vbi fit mentio simpliciter de degradatione, intelligitur verbalis, non actualis. * Sexto. Verbaliter degradatus potest per Episcopum restitui, actualiter verò tantum per Pontificem maximum. Promotus per saltum ipso iure est suspensus, tamen ordo maior tenet, in minori non suscepto, non enim est necessarium necessitate sacramenti, sed præcepti, ordinem in ordinibus

seruare. Sed qui maiorem ordinem ita suscepit, non potest in eo ministrare non suscepto inferiore, & ad vtrumque requiritur dispensatio quam potest dare Episcopus si non ministrauerit in ordine ita suscepto: nam secus non potest nisi delictum esset occultum Trid. sess. 24. cap. 6.

De Interdicto, & eius speciebus.
Cap. 51.

Interdictum est Ecclesiastica censura sacramentorum vsu, diuina officia, & sepulturam ecclesiasticam, secundum se ipsam, prohibens. Sacramenta namque, diuina officia, & sepultura tripliciter considerantur, primo quatenus ad fidelium communionem pertinent. *Secundo, ut sunt actus alicuius ordinis, vel officii. *Tertio. Secundum se ipsa, hoc est, quatenus sunt Ecclesie bona. *Primo modo illis pri-

uamur per excommunicationis sententiã: Secundo. Per suspensionẽ.
 *Tertio. Per Interdictum. Interdictum autem triplex est, locale, personale, & mixtum quando interdicitur tam locus quam persona, interdicitur enim aliquando locus & non persona. Interdicta autem ciuitate tantum, ciues non interdicti ad aliam ciuitatem, progredi possunt, & ibi bonis spiritualibus frui: quæ priori in ciuitate interdicta erant. Personale interdictum aliud est generale quando omnes personæ alicuius loci aliud particulare quando aliquæ tantum interdiciuntur.

*De causis Interdicti, effectibus,
 & Absolutione Cap. 52. 53
 54 & 55.*

Ille potest interdictum ponere, qui potest excommunicare. Interdici potest persona,

& locus, sed propter peccatum
grauissimum quale est inobe-
dientia, & contumacia contra
Ecclesiam, non tamen necessa-
rium est, quod tale peccatum in
omnibus locum habeat, nam
quando plures interdicuntur, in
iis inuoluuntur etiam innocentes,
sine culpa interdicentis. Plures
sunt Interdicti effectus, ubi enim
est Interdictum, nec Missa, nec
diuina officia publicè celebra-
ntur, non pulsantur campanæ, pro
officio, neque organa, licet ta-
men prædicare: neque licet mini-
strare Eucharistiam nisi tempore
mortis, quo tamen non licet ex-
tremam Vnctionem. Sacramentū
vero pœnitentiæ omni tempore.
Cæterum dictum est publicè quia
secreto ianuis clausis celebrare, &
diuinas persolvere laudes, nun-
quam non licet, ad quæ tamen
admittendi non sunt, qui Interdi-
cti causa dederunt, vel carent

privilegio, & contrafacientes peccant mortaliter. Bonifacius VIII. indulget quod eadem officia tempore Interdicti publice etiam celebrarentur in solemnitatibus Natalis Domini, Resur. Pentecost. Corporis Christi, & Assumptionis Beatae Mar. Virg. Sacerdos vero violans locum interdictum publice exercendo actum maioris ordinis quem non potest, graviter peccat & est irregularis, quam tamen irregularitatem non incurrit si exercent tantum actum minoris ordinis. Persona interdicta privatur sacramento ordinis & extremae Unctionis, Eucharistiã tamen tempore mortis recipere potest, non potest pœnitentiam quando dedit causam interdicti nisi parata sit obedire, matrimoniã tamen illi non prohibent. Privatur sepultura Ecclesiastica & diuinis officiis, quibus si sciens se immisceat peccat mortaliter cum tamen secularis

violans locū interdictum peccet tantum venialiter. Sunt aliqui casus in quibus ipso iure incurritur interdictum sed nunc ferè nullus tenetur illud seruare nisi post denunciationem. Absoluit ab interdicto qui tulit si est ab homine nō si est à iure & reseruatū est alicui, ille ab eo absoluit cui reseruatum est, vel superior. Quod si non est reseruatū, cessante causa ob quod latū est, potest tolli ab ordinario, secus à solo Papa.

De Cessatione à diuinis Cap. 56.

HÆc cessatio non reperitur in iure, sed tantum ab homine superiore imponi permittitur propter aliquod grane peccatum, vti est quod comittitur contra Ecclesiæ immunitatē. Tempore Cessationis, nulli, ac nulli sacrum celebrare licet nisi secreto semel in hebdomada, sicut tēpore Interdicti fiebat ante Bonifaciū

Octauum. Vnde Cessatio à diuinis nil est aliud, quàm speciale Interdicti genus, non est tamen censura, sed tantum quædam obmissio diuinorum officiorum, quare nec propter illius violationem incurritur irregularitas.

De Irregularitate quid sit, & quotuplex. Cap. 57.

Irregularitas est canonica inhabilitas ordines suscipiendi, aut susceptos exercendi à solo iure proueniens. Si irregularitas est ante ordinum susceptionem, hominem ineptum reddit ad suscipiendum, si vero post, reddit inhabilem, ad eorum exercitium. Dicitur inhabilitas canonica, respectu illius, quæ est de iure diuino vt in infideli, & scemina, ex S. Bonauent. & Dur. quarto dist. 25. Irregularitas duplex, vna ex defectu, altera ex delicto, prior ablato defectu sæpe tollitur, at posterior manet, etiam

ablato

ablato delicto, nisi dispensetur.
Quæ ex delicto est, prohibet pro-
motionem nondum acceptorum
ordinum, & in susceptis admini-
strationem, at quæ ex defectu est,
non semper in susceptis prohibet
ministrare. Concil. Trid. dat Epi-
scopis dispensandi facultatem in
omnibus irregularitatibus ex oc-
culto delicto prouenientibus non
autem in cæteris. Illud tamen sci-
endum non contrahi aliquam ha-
rum irregularitatum, nisi quando
iure exprimitur: Etsi vero in du-
bio iuris, iudex non debet aliquem
irregularem decernere, potest ta-
men in dubio facti quantum ad
ea quæ ad salutem animæ spectant
vt est celebrare &c. quo modo in
simili dubio debet etiam quilibet
in foro conscientie se ipsum ir-
regularem existimare. Sed neu-
ter si pœna tantum imminet grauis
fori contentiosi, vt priuationis be-
neficiorum obtentorum.

De variis Irregularitatis generibus. Cap. 58. 59. 60. 61. 62. 63. & 64.

Prima est ex defectu natalium quam illi contrahunt, qui ex fornicatione, adulterio, stupro, sacrilegio, aut alio quouis illicito concubitu occulto, vel publico, sunt nati. hi naque omnes ad ordines promoueri nequeunt, nisi per subsequens matrimonium legitimentur, aut Episcopus in minoribus dispenset, vel Papa in maioribus, aut per Religionis ingressum cum eis dispensetur. Altera est ex defectu originis, quam contrahunt serui ex matre serua, qui nunquam in libertatem venerunt si autem Domino eorum permitte, aut non contradicente, ordinentur, statim sunt liberi quod si contradixerit aut ignorauerit, si ordinans id prudens & sciens fecerit tenebitur reddere duplum.

do
eius
tisfa
rit o
tem
defe
unt
proc
cate
goin
oner
mou
perfo
Eccl
sunt
*Qu
tis,
Ton
res o
decis
con
23. P
nem
temp
spen

domino, si vero ordinatus solus eius rei conscius fuerit debet satisfacere domino, quod si noluerit debet deponi & in seruitutem reuocari. *Tertia. Vocatur ex defectu liberationis, quia impediuntur curiales, iudices, aduocati, procuratores, tutores, notarii, ac ceteri ministri, qui publicis negotiis tenentur: hi namque nisi onere deposito, ad ordines promoueri nequeunt: exceptis tamen persona miserabili obligatis, aut Ecclesiasticæ, nã hi ordinari possunt etiam si onus non deponant. *Quarta ex defectu legitimæ ætatis, ita ut ante septennium prima tonsura, ante 12. annum, minores ordines, & acolitatus duodecimo tantum expleto sub Diaconatus, ante 22. Diaconatus ante 23. Presbyteratus ante 25. inceptum, nemini dentur. Ante hæc enim tempora promotos solus Papa dispensat, & episcopus promouens

à collatione ordinum est ipso iure suspendendus. Presbyteratus, & Episcopatus si ante usum rationis defacto infantidentur, imprimunt characterem, & sic ordinati tenentur castitatis votum seruare, si ad annos pubertatis ducti non recantent. * Quinta est ex defectu honestæ famæ, seu ex infamia iuris, vel facti nota, quæ ab ordinum promotione procul explodunt, nisi vel talis infamia per se ipsa tollatur contrariis factis, vt est infamia facti, vel ex dispensatione Pape, aut Episcopi vt in infamia iuris orta ex crimine in quo Episcopus potest dispensare. * Sexta ex defectu corporis, qua nondum promoti à promotione, & promoti ab ordinum ad quos sunt inhabiles exercitio prohibentur, quales sunt, qui aliquo membro carent, vel abundant, vt pigmæi, gibbosi, claudi baculo indigentes, cæci, & qui cum ocularibus litteras, &

verba non discernunt, qui sunt tremulis manibus & prorsus abstemii. Hermaphroditii ad foemineum sexum magis accedentes, illi qui propria culpa, vel manibus se castrauerunt, etiam castitatis zelo: non autem si per medicos sanitatis necessitate id fecerint. Item qui aliquod membrum impeditum habent vel notabilem deformitatē, de qua, Episcopi munus erit iudicare, Papæ verò dispensare.* Septima ex defectu animæ, ut Dæmoniaci, insani, lunatici, & morbo caduco affecti, qui quidem si ante promoti non fuerint, nec post liberationem ad ordines sunt promouendi, promoti verò, & omnino liberati, data probatione per annum, rursus ministrare poterunt si autem morbo caduco laborans raro cadat, & sine vocis confusæ emissionē, ac spumæ iactatione, poterit cum sacerdote coadiutore celebrare. Sunt etiam

huc reducendi Neophiti, qui nuper ad fidem venerunt: & illiterati, ac penitus ignari, qui omnes irregulares habentur, & in his irregularitatibus dispensat Papa solus.

De Irregularitate ex defectu sacramenti, & Bigamia. Cap. 65. 66. 67. & 68.

Bigamia est nuptiarum multiplicatio, & est triplex, vera, interpretatiua, & similitudinaria. Vera dicitur cum quis successiue plures, & legitimas duxit uxores, & cum eis habuit copulam, sine vna ante Baptismum, & alteram post duxerit. Interpretatiua est duplex, vna quæ simpliciter dicitur, cum ex parte viri non fuerunt plures nuptiæ, sed duxit viduam ab alio corruptam, aut propriam post adulterium ab ea admissum & vel attentauit plu-

res nuptias. Altera ex iuris fictione, cum nempe non est verum matrimonium, sed ius fingit illud esse: vt cum quis bis contraxit, semel validè, & semel inualidè: vt si laicus secūdas celebret nuptias, prima, & legitima viuentē vxore, vel quando habens votum solemne castitatis de facto contraxit, etiam cum virgine, & consummavit: quæ bigamia dicitur similitudinaria seu ficta, quia primo cum Deo spiritualiter, deinde cum homine corporaliter contraxit. Omnis autem irregularitas ex bigamia, siue cum peccato, siue sine peccato sit, ex defectu sacramenti seu significationis illius censetur: nam matrimonium est signum vniōnis Christi cum Ecclesia, quæ est vnus cum vna: Bigamia verò cum pluribus. Papa potest dispensare cum quolibet bigamo ad omnes ordines, & dignitates, quia Bigamia est de iure positiuo: Epi-

scopus autem, non potest cum Bigamo vero, neque cum interpretatio ad maiores ordines dispensare, ut eas suscipiat, vel in susceptis ministret sed neque ad primam Tonsuram, potest autem cum bigamo ficto post longam poenitentiam, & vitam laudabilem, prius vxore dimissa: ut si sacerdos vel Diaconus aut religiosus professus, vxorem duxisset nã vxore dimissa post longam poenitentiam Episcopus dispensare poterit ut in ordinibus susceptis ministrent & ad alios promoueantur.

De Irregularitate ex delicto hæresis Baptismi & ordinis. Cap.

69. 70. 71. 72. 73. & 74.

OMnes hæretici in hæresim exterius lapsi, & in ea mortui, & eorũ fautores, credentes, defensores, & horũ filii etiam illegitimi, & nepotes ex linea

paterna, irregulares habentur, & in hac irregularitate dispensat solus Papa. Item qui scienter bis aut plures Baptismi sacramenta susceperunt, aut alteri contulerunt, si hoc est notorium, aut suscipiunt ab hereticis in ætate adulta, vel usque ad ægritudinem in adultæ ætate Baptismum ipsum distulerunt, irregulares censentur.

Excommunicatus in maiori, aliquem ordinem etiam minorem suscipiens, efficitur irregularis, nec excusatur nisi ignorantia facti probabilis. Solus Papa dispensat in publica, in ea autem quæ ex delicto provenit occulto, etiam Episcopi post Concil. Trid. dispensare possunt. Est etiam irregularis qui ordines ab Episcopo qui renuntiavit Episcopatu, & dignitati: vel à non habente conferendi auctoritatem, vel ab Episcopo excommunicato, & qui vno die minores cum subdiaconatu sus-

cepit. Ordines ministrando potest quis multipliciter fieri irregularis, ut si exerceat solemniter ordinem non susceptum, ut si non subdiaconus epistolam cum Manipulo cantet: Qui solemniter baptizat, qui confessiones audit, vel missam celebrat, cum sacerdos non sit inquit Toletus: ordinatus similiter, & in ma. excommunicatus qui ordines, vel ordinum actus exercet, etiam minorum: quamuis possit horas Can. recitare vel laicus sine Dominus vobiscum. Item suspensus ma. suspensione ab officio, in eisdem ministrans, non ita suspensus à beneficio, tantum. Rursus Regulares professi, qui extra claustra egrediuntur ad audiendas leges, vel medicinam, aut Physicam nisi intra duos menses fuerint reuersi: & extenditur etiam ad Archidiaconos, Plebanos, P^ræpositos, & Presbyteros, idem facientes si hoc sit

notorium denique peccata enormia, & notoria notorietate facti aut iuris inducunt irregularitatem qualia sunt homicidium adulteriũ, falsum testimonium, simonia, peccatum nefandum.

*De Irregularitate ex homicidio,
& mutilatione. Cap. 75. 76.*

77. & 78.

Irregularitas ex homicidio iniusto, dicitur irregularitas ex delicto, quæ vero ex homicidio iusto, dicitur irregularitas ex defectu sacramenti, quatenus qui tale admisit exēpla Domini & Dei sui nõ imitatur, qui fuit minister pacis, dilectionis, vnionis, & viuificationis: & ob horroris indecētiæ, quam homicidium, & mutilatio præ se ferre videntur, ab ordinum ministerio optimo iure arceatur. Cæterum qui mutilant,

& membrum principale à corpore viuo realiter separant, quale est manus, pes, oculus, nasus, mamilla, & auricula, quæ omnia in corpore distinctum habent officium, irregulares sunt & dicuntur. Digitus autem non est membrum principale, quare digitum abscindens, non est irregularis. Homicidium triplex, aliud voluntarium, aliud ob sui necessariam defensionem, & casu perpetratum. Verum tum homicidium, tum mutilationis usum supponit, quã ob rem infantes, furiosi, dormientes, vel noctu somniantes, ebrii si id præcauerint, si fortè occidant, irregulares esse nequeunt, cum nec proprie ab eis mutilatio, aut homicidium fieri dicatur.

De Irregularitate ex homicidio voluntario, & facti necessitate. Cap. 79. & 80.

Homicidium voluntarium est duplex, iustum, & iniustum. Ad iustitiam homicidii quatuor requiruntur, legitima potestas, iusta causa, iustus ordo, & iustus animus. Iniustum homicidium erit, si vnum horum deficiat. Vtroque autem contrahitur irregularitas, sed ex homicidio iniusto dicitur irregularitas ex delicto: ex iusto vero irregularitas ex defectu: quã nonnulli ad Bigamiam reducunt. Homicidium ex necessitate est, quãdo non spõte sed ob necessariam defensionem committitur. Hęc autem defensio triplex est, vitæ propriæ, vitæ proximi, & honorũ priorum temporalium. Propriæ vitæ defensio adhuc duplex, ineuitabilis, cū nimirũ aliter vita defendi nõ potest, & euitabilis, cū homo potest aliter se tueri. Homicidiũ cõmissum ob primã sui defensionẽ non inducit irregularitatem, sed illud tantum,

quod ob secundam committitur. Occidens, vel mutilans ob defensionem inevitabilem vitæ proximi non peccat, sed efficitur irregularis ex defectu. si verò non servavit moderamen, irregularitati addidit peccatum. Ob solam bonorum temporalium defensionem ecclesiasticis personis non licet occidere, nec laicis si res ablata erat parvi momenti, aut aliter res poterat recuperari, quod si non aliter, licite laici occidunt, sed erunt irregulares ex defectu. Religiosi autem ita propria bona defendendo, peccarent, & essent irregulares.

De Irregularitate ex homicidio casuali. Cap. 81. & 82.

Qui operam dat rei illicitæ, qua deinde secuta est mors, siue per se, siue per alium, etiam si sit præter eius intentionem, & nullam prætermiserit

diligentiam, est irregularis ex delicto, quare ludens inhonestè cum prægnate, ex quo sequitur abortus: & dormiens in lecto cum infante, oprimit infantem, vterque irregularis est. Qui verò dat operam rei licitæ, & non adhibita plena diligentia sequitur mors, est irregularis, vt constat de purgante tectâ, & lapides inde proiiciente cum hominis occisione.* Tertia regula est hæc. quando aliquis dat operam rei licitæ, & debitam adhibet diligentiam, non est irregularis, vnde laicus cum clerico ludens, si clericus in terram proiciatur, & laicus clerici gladio vulneretur, & occidatur, clericus non efficitur irregularis quia casus fuit omnino fortuitus, ex iis satis liquet, quod in homicidio casuali, vbi non est culpa, nulla est irregularitas, quia talis actus nihil habet de voluntario. Verum omnis actio illicita, quæ est immediata causa

homicidii, irregularitatem inducit, ut constat de cædente rami de arbore aliena, ex quo secuta est alicuius mors. tunc enim arborem cædēs fit irregularis. Quando verò ipsa hominis actio non est immediata causa homicidii, sed remota, & non periculosa, nō inducit irregularitatem: ut si quis iocosum verbum diceret, ex quo homicidium sequeretur, talis iocosus non diceretur irregularis.

*De Irregularitate ex homicidio
lingua commisso. Cap.
83. 84. & 85.*

SI non contigit homicidium de facto, nunquam solius lingue homicidium irregularitatem inducit. At si de facto homicidium fiat, tunc lingue homicidium, cōsulendo, mandando, & defendēdo, potest esse voluntarium, aut

necessariam, aut casuale, & quandoque inducit irregularitatem, sed non semper eandem cum homicidio facti: ut si iudex mandet occidi reum zelo iustitię, & non ut occidat inuore vindictę, ille fit irregularis ex defectu, iste ex delicto. Legum autem Condones qui reis mortis poenā statuunt. Prælati etiam iurisdictionem habentes, qui ministris suis præcipiant contra malos iustitiam exerceri, non sunt irregulares, nec qui mandauit aliquid licitum, ex quo mors, quæ non videbatur timenda, est secuta, nec qui sine fictione mandatum ante factum reuocauit, nec cum mandatarius propria, non a. mandantis auctoritate, aut post statutū tempus occidit: alias mandans esset irregularis, & quandoque est mandatario non existente irregulari ut si filius aggressus, non propria voluntate, sed patris mandato impulsus, aggressorem

occidit. Aliquando mandans est irregularis ex defectu, vt iudex iustus: aliquando ex delicto, vt si iniustus, vel iniuste mandauerit quempiam occidi. Consulens pariter aliquid, vnde verisimiliter mors sequi videatur, si re ipsa sequatur efficitur irregularis, vt & mandans. Consilium verò Principum & legistatores qui condunt leges in quibus statuitur poena capitis in fontes, etsi fuerint clerici non incurrunt, nec qui consulunt vt quis pro fide Christi & Ecclesia defensione exponat se periculo mortis, nec clerici, & Religiosi, qui in bello iusto milites ad mortem hortantur inimicorum, nec qui ob sui necessariam defensionem clamant contra latrones, vel milites conuocant, & amicos: secus verò si solum in defensionem suarum rerum & ipsi intendant mortem illorum.

*De Irregularitate ex defensione,
ratihabitione, & omissione
Cap. 86. 87. & 88.*

Contrahitur etiam ratione
homicidii voluntarii & ca-
sualis irregularitas ex de-
fensione, & aliquando quidem ex
defectu, interdum vero ex delicto,
vt de mandante, & cōsiliū præ-
bente est dictum. Ex defensione
sunt irregulares ministri iustitiæ,
vt Fiscalis, Aduocatus, Notarius,
Testes, qui litteras scribunt, offi-
ciales, accusatores, qui si opem fe-
rant in homicidio iusto, erunt ir-
regulares ex defectu, si in iniusto,
ex delicto. Licet tamen ex priuile-
gio personis ecclesiasticis quere-
lam apud iudices deponere pro
sui, rerumque suarum defension-
e contra malefactores, etiam
in pœna mortis imponenda, dum-
modo ante protestentur se non

intendere vindictam, vel sanguinis poenam, & verè non intendant, nam si verbis tantum protestentur, & animo sanguinis vindictam cupiant, erunt irregulares, inquit Toletus. Irregularitatem pariter contrahunt, qui iustitiae zelo ad comburendum hæreticum lignum ferunt, si ad mortem cooperentur, similiter & qui campana signum indicant occisionis, qui verbis, & signis manifestant latrocinem ut capiatur. Item socii eorum qui occidunt iniuste, etiam si manibus nil cooperati fuerint, modo tamen eos comitentur ut animosiores reddant ad eadem. Per rati habitioem autem non contrahitur irregularitas. Ex omissione verò, qui non tenentur liberare aliquem à morte, nec peccant nec contrahunt Irregularitatem si omittant, secus verò quando omisso liberationis à morte habet vim consensus, & auxili

nam qui tunc liberare omittit est irregularis. Idem dicendum si sit talis omissio contra iustitiam, ut in Medico, qui stipendio ad medicandum agrum ducitur, & medicamentum non prebet morienti. Si verò sit tantum contra charitatem, etiam si homicidium imputetur ad peccatum, non contrahitur irregularitas, ut si divites pauperibus pereuntibus non subveniant: Unde, & qui novit aliquem alicui mortem parare, si non revelat, quamvis verè occidentem sciat, non incurrit irregularitatem.

De Dispensatione irregularitatis ex homicidio. Cap. 89.

Irregularitas ex homicidio voluntario, non est de iure divino, sed humano: tollitur verò omnis per baptismum, & Papa in ea dispensat ad ordines, & benefi-

cium nō ita Episcopus, ne quidem in ea quæ contracta est ex homicidio occulto, modò sit voluntarium, alias enim potest, ut si factum sit ad defensionem sui, licet non cum moderamine inculpate tutelæ, eademque est ratio de quacunque alia Irregularitate contracta ex occulto delicto, modò non sit homicidium voluntarium. Caterùm ante sententiam nullus homicida perdit beneficium iam obtentum, nisi homicidiū illud sit qualificatum, sed est eo privandus. In Irregularitate casualis homicidii, Episcopus potest dispensare si tale homicidium est occultum, secus non potest.

De modis quibus omnis irregularitas tollitur. Cap. 89.

Per Baptismum tollitur omnis Irregularitas præter bigamiã

& que ex defectibus corporis cō-
surgit. Per Religionis ingressum
tollitur illa, quæ ex illegitimatio-
ne nascitur quo ad ordines, non
quo ad dignitates, sine noua Papæ
dispensatione. Papa omnem irre-
gularitatem, & in omni (infideli
& fœmina exceptis) auferre po-
test. Episcopi in omnibus irregu-
laritatibus dispensant, quæ sunt
ex delicto occulto, præter eas, quæ
sunt ex homicidio voluntario, &
ad forum contentiosum deductæ,
vt Concil. Trid. Sess. 24. cap. 6.
Quam tamen concessionem Epi-
scopis per Concil. factam, non
habent Abbates, nec Prælati Re-
ligionum, ex Congreg. Concil. nec
Cardinales in suis titulis, vt decla-
rauit Greg. XIII. nam quamuis
Episcopalem hi iurisdictionem
habeant, Episcopi tamen non
sunt. In Iubileis datur absoluendi
facultas ab omni delicto, & cen-
sura, sed non ab irregularitate,

quia sic habet praxis Romanae curia, præterquam quod irregularitas ultra absolutionem indiget etiam dispensatione, quæ tunc non datur.

De Iurisdictione. Cap. 90.

Iurisdictionis defectu simplices Sacerdotes sine culpa administrare non possunt Sacramenta, & à peccatis absolventes, inualida est eorum sacramentalis absolutio exceptis his casibus, mortis nempe periculo, vel si sit tantum venialium vel mortalium aliis dimissorum, aut certe papali gaudeant privilegio. Cætera si ab ipsis exercentur, valida quidem sunt, sed peccant, ut in solemniter baptizando, vel alia Sacramenta ministrando, modo quo non potest laicus.

De peccato mortali. Cap. 92.

Peccatum mortale non impedit absolute sacramentorum administrationem, sed rectum eorum usum: unde qui mortali culpa grauantur Sacramenta ministrantes peccant mortaliter, inter quos sunt etiam recensendi Subdiaconi, & Diaconi ordines sacros solemniter ministrantes. Per gratia namque sacramentum quis ordinatus est Dei minister, & ideo in suo officio talem se tenetur exhibere, qualis per ordinationem est effectus. Concionator autem si in mortali, reuerenter accedat, & absit contemptus, non peccat mortaliter, concionando, quia hic non est actus de se ordini deputatus.

Quando, & quomodo liceat à malis ministris sacramenta recipere. Cap. 93.

A Ministris ab Ecclesia non toleratis, quales sunt haeretici, & nominatim excommunicati, ac publici clericorum percussores nisi in articulo mortis, nullum sacram. (Baptismo excepto) recipere licet. A toleratis vero etiam excommunicatis, modo non, nominatim, nec sint publici percussores clerici, si expositi fuerint licebit recipere, quamuis illi peccent ministrando: sunt enim sicut fax accensa, quae alios illuminans, se ipsam destruit. A malis, quibus ex officio incumbit, non modo recipere, sed & petere licet, quia nullius malitia debet alterius iuri derogare. Sed non ab iis qui non tenentur ex officio & non sunt expositi, saltem extra necessitatem.

De qualitate ordinario. C. 94.

Q Vinque potissimum sunt quae in ordinatis requiruntur: Charitas, Religio, San-

ctitas, Scientia, & Prudentia. *Charitas requiritur, quia ordinati sunt medii inter Deum & populū, ad hoc electi ut Deum pro cæteris orent. *Religio, quia cultui sacro sunt addicti, Sanctitas, quia de ipsis scriptum est; Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, Leuitici cap. 22. Scientia, ut in minoribus ordinibus constituti, exactè legere, & pronunciare sciant, & aliquo modo latinè intelligant. Subdiaconi & Diaconi intelligant quæ latinè legunt, licet mysteria ipsa non ita calleant: Sacerdotes aliqualem scripturæ sacræ intelligentiam habeant: Curatus totam doctrinam Christianā, peccata quæ ordinariè committuntur, casus reseruatq; & censuras probè sciat. *Prudentia demum, quia est forma aliarum virtutum, & omnia dirigit in debitum finem.

Finis primi Libri.